

830. IV, 1-25 — Livro manuscrito do modo de rezar e fazer os officios no convento de Calatrava. — *Papel. 77 folhas. Bom estado. Encadernação em couro.*

Ordinario do rezar das oras e fazer dos officios do convento de Calatrava e o modo de cantar da Ordem de Cistel

Jullius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Sincere devotionis affectus fervensque devotio quem dilecti filij magister priores preceptores fratres et aliae persone millitie de Calatrava Cisterciensis Ordinis illorumque familiares et servitores ad nos et romanam

gerunt ecclesiam non indigne meretur ut votis eorum illis presertim quos ex devotionis fervore prodire conspiciamus ac per quae eorum commoditatibus utilitatibus quieti et ammenitati consulitur quantum cum Deo possumus favorabiliter adjuvamus precipue cum catholicorum regum et principum id exposcit devotio.

Dudum siquidem pro parte dilectorum filiorum Johannis Astercij Cabilonensis diocesis aliorumque Cisterciensis Ordinis monasteriorum abbatum et conventuum eorundem felicitis recordationis Innocentio Papae octavo predecessori nostro exposito quod licet ipsi eorumque ac dicti Ordinis monasteria tam virorum quam mulierum et alia religiosa loca et membra ac monachi moniales vassalli subditi et eis servientes bonaque omnia jam dudum per plures romanos pontifices predecessores nostros sub ipsorum pontificum et Apostolicae Sedis protectione recepti et recepta atque eidem sedi immediati subjecti et subjecta necnon ab omni jurisdictione ordinaria exempti et exempta forent eisque concessum esset ut ad prestationem aliquarum collectarum seu subsidiorum per locorum ordinarios vel alios pro tempore impositorum non tenerentur tum desiderabant pro majori eorum quieti premissis receptioni subjectioni et alijs predictis robur suae approbationis (1 v.) adjici illaque omnia per eundem Innocentium predecessorem nostrum de novo eis concedi. *Idem* Innocentius predecessor abbatum et conventuum predictorum in ea parte supplicationibus inclinatus receptionem subjectionem ac isentionem predictas ac singulas desuper confectas litteras cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis auctoritate apostolica et ex certa scientia per quasdam aprobavit ac perpetuae et inviolabilis firmitatis robur obtinere decrevit suprens omnes et singulos defectus si qui forsitan intervenerant in eisdem et nichilominus pro potiori cautela monasteria loca membra et bona omnia hujusmodi tunc presentia et futura abbates abbatissas monachos moniales vassallos subditos et servientes prefatos tunc et pro tempore existentes auctoritate et scientia similibus sub beati Petri et sedis predictae atque sua protectione suscepit et ab omni jurisdictione superioritate correctione visitatione dominio et potestate archiepiscoporum episcoporum et aliorum judicum ordinariorum eorumque vicariorum et officialium quorumcunque necnon absolutione subsidiorum etiam caritativorum procurationum collectarum et aliarum exactionum hujusmodi pro tempore imponendorum perpetuo prorsus exemit et totaliter liberavit ac eisdem Innocentio predecessori et sedi immediate subjecit itaque quod archiepiscopi et episcopi ordinarii vicarii judices et officiales prefati etiam ratione delicti aut contratus vel rei de qua geretur ubicumque committeretur delictum minetur contratus aut res ipsa consisteret nullam in eos et eorum aliquem (2) aut monasteria membra et bona predicta tamquam prorsus exemptos et exempta jurisdictionem correctionem superioritatem dominium vel potestatem exercere aut excommunicationis suspensionis vel interdicti aut quasvis alias sententias censuras et penas promulgare presumerent aut possent vel deberent quoquomodo neque ipsi

sic exempti coram illis aut eisdem sedis delegatis vel subdelegatis nisi in litteris eis pro tempore directis de Innocentij predecessoris litteris hujusmodi specialis specifica et expressa ac de verbo ad verbum mentio fieret ad iudicium evocari aut quovismodo directe vel indirecte molestari possent vel deberent decernens omnes et singulos processus sententias censuras et poenas quos et quas per archiepiscopos episcopos ordinarios iudices vicarios et officiales predictos seu eorum aliquem contra abbates et alios exemptos ac monasteria et loca hujusmodi etiam exempta ut prefertur haberi vel promulgari necnon quidquid secus super his ab eis et alio quoquo quavis auctoritate scienter vel ignoranter atemptari contingeret irritat inania nulliusque roboris vel momenti.

Cum autem sicut nobis super carissimus in Christo filius noster Ferdinandus Aragonum et Siciliae rex illustris atque dictae militiae concessionem et dispensationem apostolicam in spiritualibus et temporalibus perpetuus administrator tam suo quam priorum preceptorum et fratrum militie predictorum nominibus exponi fecit licet magistri priores preceptores fratres ac alie persone ejusdem militie ipsorum monasteria domus et loca (2 v.) quaecunque ab ipsius militie fundatione omnibus singulis privilegijs gracijs prerogativis et exemptionibus per quoscunque romanos pontifices et sedem eandem dicto ordini concessis tanquam membra et filij dicti ordinis semper usi et gavis fuerint et de presenti gaudeant et utantur.

Quare tamen ea quae specialiter conceduntur majori custodiuntur veneratione ac majorem obtinent seu optinere videntur roboris firmitatem Ferdinandus rex et administrator conventus priores preceptores ac fratres et alie persone predicti cupiunt omnia et singula predictum Innocentium predecessorem eidem ordini concessa magistro prioribus preceptoribus fratribus et alijs personis militie hujusmodi illorumque familiaribus et servitoribus presentibus et futuris ac monasterijs domibus et alijs locis ejusdem militie especialiter concedi ac nobis dictis nominibus supplicari curavit ut omnia et singula premissa quae in dictis litteris Innocentij predecessoris contenta cum omnibus et singulis clausulis et derogationibus in eidem (sic) litteris expressis dicto Ord[ini] Cisterciensi tam in genere quam in specie concessa eisdem magistro prioribus preceptoribus fratribus et alijs personis servitoribus et familiaribus necnon monasterijs domibus et alijs locis militiae hujusmodi specialiter et expresse concedere et indulgere ac alias in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

Nos priores preceptores fratres et alias personas hujusmodi a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti alijsque ecclesiasticis sententijs censuris et penis a jure vel ab homine quavis vel causa latis si quibus (3) quomodolibet inodati existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes hujusmodi suplicationibus inclinati omnia et singula premissa in litteris Innocentij predecessoris hujusmodi contenta cum omnibus et singulis clau-

sulis et derogationibus meis expressis dicto Cisterciensi Ordini tam genere quam in specie concessa eisdem magistro prioribus preceptoribus fratribus ac alijs personis familiaribus et servitoribus necnon monasterijs domibus et alijs locis dicte millitie in omnibus et per omnia justa formam litterarum Inocentij predecessoris hujusmodi autoritate apostolica tenore presentium specialiter et expresse concedimus et indulgemus non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon ordinis et millitie predictorum juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alias roboratis statutis et consuetudinibus usibus et naturis ac omnibus illis quae idem Inocentius predecessorum (*sic*) dictis suis litteris voluit non obstare ceteris contrarijs quibuscunque nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis concessionis et indulti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus noverit incursurum.

Datis (*sic*) Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo undecimo tertio idus Octobris pontificatus nostri anno octavo.

(4)

Jhesus

Incipit ordinarium ecclesie
Beate Marie Cisterciensis

De adventu Domini Nostri.

- ¶ De jejunijs quatuor temporum in adventu Domini.
- ¶ De antiphona nolite timere.
- ¶ Quando per hiemem privatis diebus ad vigiliis dividantur responsoria.
- ¶ De festis in quibus non laboramus in sabatis adventus Domini.
- ¶ De festis xij^m lectionum in quibus laboramus in sabatis adventus Domini.
- ¶ De festis in dominica adventus in quibus non laboramus.
- ¶ De festis in dominica adventus in quibus laboramus.
- ¶ De Sancto Nicholao.
- ¶ De octavis Sancti Andree.
- ¶ De conceptione Beate Marie Virginis.
- ¶ De ornamentis ecclesie et reliquijs venerandis.
- ¶ Item de festo Sancte Lucie.
- ¶ De festo Sancti Thome apostoli.
- ¶ De vigilia Natalis Domini diebus privatis.
- ¶ Item de vigilia Natalis Domini in dominica.
- ¶ De Natale Domini.
- ¶ De Nativitate Domini in dominica.
- ¶ Item de Nativitate Domini et presenti defuncto.

(4 — 2.^a col.)

- ¶ De antiphonis quas abbas debet imponere.
- ¶ De capitulo regi autem seculorum.
- ¶ Quando Gloria In excelsis et Ite missa est cantetur.
- ¶ De festo Sancti Stephani Prothomartirijs.
- ¶ De festo Sancti Johannis Evangeliste.
- ¶ De festo Inocentum.
- ¶ De festo Sancti Thome.
- ¶ De festo Sancti Stephani in dominica.
- ¶ De festo Sancti Johannis in dominica.
- ¶ De collecta Sancti Stheophani ad vespervas et ad missam.
- ¶ De festo Sanctorum Inocentum in dominica.
- ¶ De festo Sancti Thome in dominica.
- ¶ De quinta die post Natale Domini diebus privatis.
- ¶ De quinta die post Natale Domini in dominica.
- ¶ De festo Sancti Silvestri.
- ¶ De festo Sancti Silvestri in dominica.
- ¶ De Circumcisione Domini.
- ¶ Item de Circumcisione Domini in dominica.
- ¶ Quid post Circumcisionem Domini usque ad lxx^a legendum est ad vigillias et in refectorio.
- ¶ De octabis Sancti Stephani.

(4 v. — 1.^a col.)

- ¶ De octabis Sancti Johannis.
- ¶ De octabis Sanctorum Inocentum.
- ¶ De octabis Sancti Stephani in dominica.
- ¶ De octabis Sancti Johannis in dominica.
- ¶ De octabis Sanctorum Inocentum in dominica.
- ¶ De vigilia Epiphanie.
- ¶ De vigilia Epiphanie in dominica.
- ¶ De Epiphania Domini.
- ¶ De Epiphania Domini in dominica.
- ¶ De dominica prima post Epiphaniam.
- ¶ Quomodo fiat per octabas aparicionis Domini.
- ¶ De festivitate Sancti Guillermi episcopi.
- ¶ De comemoracione episcoporum et abbatum in ipso die.
- ¶ Item de commeratione ipsorum in ipso die in sabato.
- ¶ De Sancto Guillermo in dominica.
- ¶ De Sancto Guillermo feria secunda.
- ¶ De istoria Domine ne in ira et de missis dominicalibus et de Sancti Spiritus.
- ¶ De octabis Epiphanie diebus privatis.

- ¶ De octabis Epiphanie in dominica.
- ¶ De collecta vota quaesumus.
- ¶ De festis in dominica inter octabas Epiphanie et de lxx^a et de lectionibus posponendis.

(4 v. — 2.^a col.)

- ¶ De missa dominicali ante lxx^{ma} et adventum privatis diebus persolvenda.
- ¶ De antiphonis in lxx^a non dicendis.
- ¶ De antiphonis in sabatis discendis.
- ¶ Item de missa dominicali per ebdomadam ante lxx^a et adventum.
- ¶ De festo Sancti Antonij confessor.
- ¶ De istoria Domine ne in ira.
- ¶ De festo Fabiani et Sebastiani.
- ¶ De festo Agnetis Virginis.
- ¶ Item de festo Sancte Agnetis Martiris.
- ¶ De festo Sancti Vincencij Martiris.
- ¶ De festo Sanctissimi Illelonsi archiepiscopi Tolleti.
- ¶ De conversio Sancti Pauli apostoli.
- ¶ De festo Sancti Juliani episcopi.
- ¶ De octavo die Sancte Agnetis Virginis.
- ¶ De purificatione Beate Dei genitricis et Matris.
- ¶ Item de purificatione Beate Marie.
- ¶ De octabis ejus ante et in lxx^a.
- ¶ De presenti mortuo ab Epiphania usque ad caput xl privatis diebus et festis comunibus.
- ¶ De festo Sancti Valentini Martiris et de pace sumenda et de comunione.
- ¶ De festo Sancte Agate Virginis.
- ¶ De festo Sancti Petri in cathedra.

(5 — 1.^a col.)

- De septuagesima.
- De anno bissesti et festo Sancti Mathie apostoli.
- De istoria Domine ne in ira.
- De officijs dominicalibus.
- De festis in quibus non laboramus in sabato lxx^a vel quinquagesime.
- De festis in quibus laboramus in sabatis supradictis.
- De festis in quibus non laboramus vel laboramus in sabato sesagesime.
- De festis in quibus non laboramus in sabato lxx^a vel quinquagesime.
- De festis in quibus laboramus in lxx vel quinquagesima sive quadragesima.

De festis in quibus non laboramus et eciam de quibus laboramus
occurentibus in dicta sexagesime.

De privatis missis canendis.

De septuagesimae.

De tractibus canendis.

De Sancto Thome confessoris de Aquino.

De festo Beati Gregorij Pape.

De capite jejuni.

Si presens defunctus occurrerit a capite jejuni usque ad cenam
Domini diebus privatis.

De festis in quibus non laboramus que occurrunt a capite jejuni
usque ad dominicam in palmis privatis diebus.

De festis in quibus laboramus quae occurrunt in predicto tempore
privatis diebus.

(5 — 2.^a col.)

De dominica prima quadragesime.

De festis in quibus non laboramus et eciam laboramus quae occu-
runt in dominica prima xl^a usque ad dominicam in palmis dominicis diebus.

De festis occurrentibus in x^l in die sabati.

De sabato ante dominicam in ramis.

De festivitate Sancti Benedicti abatis.

De Anunciacione Beate Marie.

Item de ipsa Anunciacione quomodo transferatur.

De duabus septimanis ante Paschas.

De libro Jeremie prophete.

De dominica in ramis palmarum.

De gloria laus.

Quomodo passionis incipiente sunt.

De festis quae occurrunt a dominica in palmis usque ad quintam
feriam septimane Pache quae non laboramus.

De festis in ipso tempore in quibus laboramus.

De quarta feria ante Pascha et de tribus sequentibus diebus.

De cena Domini.

Item de cena Domini pro missa et comunione.

De mandato pauperum.

Item de mandato monachorum.

De Parasceve.

De officio post nonam in Parasceve.

De cruce adoranda et de populle meus.

(5 v. — 1.^a col.)

De vigilia Pasche.

De die Sancto Pasche.

De festis in quo non laboramus et etiam laboramus quae occurrunt feria quinta vel vij^a vel sabato in edomada Pasche.

De festis comemoracionum in hijs diebus.

De himnis ad cenam et corus nove descendis.

De dominica in octavis Pasches.

De festis quae occurrunt in ista dominica in quo non laboramus et in quo laboramus de quibus comemorationem agimus.

De tempore Ressurectionis.

De istorijs quae occurrunt tempore paschali quomodo fiant.

De festo Sancti Ambrosij.

De festis Sanctorum Tiburcij et Valeriani et Maximi in dominica tempore Ressurectionis.

De festo Sancti Marchi Evangeliste.

Item de festo Sancti Marchij in die Sancto Pasche.

De festo Sancti Roberti abatis feria vj^a immediate post Pascha.

De festo Sancti Vitalis in dominica ante Ascensionem.

De festo Sancti Roberti abatis.

Item de festo Sancti Roberti in octavis Pasche.

De festo Sancti Petri Martiris.

De festivitate apostolorum Philipi et Jacobi.

(5 v. — 2.^a col.)

De inventione Sancte Crucis.

De istoria dignus est domine vel si oblitus.

De Sancto Johane ante portam latinam.

De festo Sancti Petri episcopi et confessoris.

De festo Sancti Ivonis confessoris.

De comemoratione personarum regularium hordinis nostri.

De tribus diebus rogacionum.

De festis in diebus quibus rogacionum in quibus non laboramus et eciam laboramus sive comemorationem agimus.

De die Sancto Ascensionis Domini.

De festis quibus non laboramus quae occurrunt in die Ascensionis Domini.

De festis quibus laboramus que occurrunt ipsa die.

Quid agatur per octavas Ascensionis Domini.

De dominica infra octavas ejusdem.

De feria vj^a post octavas Ascensionis.

De octavis Ascensionis Domini.

De vigilia Pentecostes.

De festis occurrentibus in ipsa vigilia usque ad quintam feriam sequentem.

De festis in quibus laboramus et de quomodo comemoracionem agimus occurrentibus in die sancto Pentecostes et deinceps usque ad quintam feriam subsequentem.

De die sancto Pentecostes.

(6 — 1.^a col.)

De omnibus festis que occurrunt feria v.^a vel vj.^a vel sabato in edomada Pentecostes.

De festivitate Sancte Trinitatis.

De dominica prima post Trinitatem.

De solepnitate sacramenti altaris.

De ipsa solepnitate in die Sancti Johannis Bautiste.

Quid agatur per octavas sacramenti altaris.

De octavas sacramenti altaris.

De festo Sancti Bernabe apostoli.

De vigilia Sancti Johannis Bautiste.

De festivitate Sancti Johannis Bautiste.

De missa Sancti Johannis per octavas ejusdem.

De festo Sancti Johannis Bautiste dominica in feria octava sacramenti vel per octavas ejusdem.

De festo sanctorum Johannis et Pauli.

De vigilia apostolorum Petri et Pauli.

De festivitate apostolorum Petri et Pauli.

De missa ejus per octavas discenda.

De comemoratione Sancti Pauli.

De octavis Beati Johannis Bautiste.

De octavis apostolorum Petri et Pauli.

De translacione Sancti Benedicte abatis.

(6 — 2.^a col.)

De festo Beate Marie Magalenne.

De festo Sancti Jacobi apostoli.

De Sancta Agna et quomodo libri in refectorio legantur.

De istoris in principio et si bona.

De istoria adperiat.

Quomodo incipiatur istoria.

De festo Sancti Petri ad vinculam.

De festo invencionis Sancti Stephani.

De festo Sancti Dominici confessoris.

De vigilia Sancti Laurentij.

De die Sancti Laurentij.

De festo Sancti Laurentij.

De festo Sancte Spinee corone Domini.

De vigilia Assumpcionis Beate Marie.
De Assumpcione Beate Marie Virginis.
De dominica infra octavas ejusdem.
De octavis Sancti Laurentij in dominica.
Item de octavis ejusdem privatis diebus.
De festo Sancti Bernardi abbatis.
Quid agatur per octavas ejusdem.
De octavis Assumpcionis Beate Marie.
De festo Sancti Bartholomei apostoli.
De festo Sancti Lodovici confessoris.
De festo Sancti Agustini.
De festo de colationis Sancti Johannis Bautiste.

(6 v. — 1.^a col.)

De Kalendis Setembris et de Sancto Egidio.
De vigilia nativitate Beate Marie.
De Sancto Adriano.
De nativitate Beate Virginis Marie.
De missa que debetur pro capitulo generali.
De festo exaltacionis Sancte Crucis.
De octavis Beate Marie.
De festo Sancti Lamberti.
De istoria peto Domine in die Eufemie.
De absolutione in die Sancti Lamberti.
De duplici absolutione in ipso die.
Item de solepni tricenario quomodo finiatur.
De vigilia Sancti Mathei.
De festo ejus.
De die Sancti Mauricij.
De festo Sancti Michaelis Archangeli.
De festo Sancti Hieronimi.
De festo Sancti Remigij archiepiscopi.
De festo Sancti Francisci.
De Sancto Dionisio.
De festo Sancti Luche Evangeliste.
De festo duodecim milium virginum.
De vigilia apostolorum Simonis et Jude.

(6 v. — 2.^a col.)

De festivitate ipsorum.
De vigilia omnium Sanctorum.
De festivitate omnium Sanctorum.
De festo Sancti Malachie.

De festo Sancti Martini.

De Sancto Emundo.

De comemoracione parentum nostrorum.

De festo Sancte Cecilie Virginis.

De Sancto Clementis.

De festo Sancte Catarine Virginis.

De vigilia Sancti Andree apostoli.

De festo ejusdem.

De missa Beate Marie quae debetur in sabbatis.

De comemoracione Beate Marie dicenda.

De missa cothidiana Beate Virginis.

De officio cothidiano defunctorum quando et qualiter et quomodo tempore officium defunctorum et quomodo missa pro defunctis sive in conventu sive cothidiana debeat de cantari.

De missa cothidiana pro defunctis.

De festo Sancti Andree apostoli et de die Sancti Iligij episcopi.

De negligencijs que occurrunt in missa.